

Illustris Sime. ac Reverendis Sime. Domine,  
 Dñe gratiosis Sime.

Sufficere nobis poterat ea declaratio gratiosis Sime. pro-  
 pensiois quam Reverend<sup>ma</sup> Illtas Vra non ita pridem, in  
 defensione innocentie nostrae, iuriumq; istius civitatis pub-  
 licorum, contra criminationes quorundam Reformato-  
 rum civium, luculenter testata est, si non et novo pro-  
 ri addito beneficio placuisset iniustas illorum, pro  
 approbatione conventiculorum suorum, affectationes re-  
 gere, ac tanquam impertinentes iurisque contrarias,  
 patrocinio suo gravissimo indignas iudicare. Agno-  
 vit enim Reverend<sup>ma</sup> Illust<sup>is</sup> Vra, sine dubio, quod du-  
 rante lite, in tergum partis nihil innovari debeat,  
 multo minus per Rescripta regia tale quid concedi, quod  
 ne ordinario quidem processu, ullo unq; tempore, ipsis spe-  
 randum foret. Hinc licet spes certa sit, ex cancellaria  
 Reverend<sup>ma</sup> Illust<sup>is</sup> Vrae adversi nihil metuendum esse,  
 sollicitudo tamen debita, et iustus metus, quem tot jam  
 ante inflicta vulnera nobis iniecerant, non plane vacu-  
 os nos a cura esse iubet. Pro munere itaq; nostri ratione  
 Reverend<sup>nam</sup> Illtatem Vram huius compellendam duximus  
 submisisse rogantes, dignetur auctoritate sua in poste-

rum quoque securitati et iuriam nostrorum integritati  
gratiosissime prospicere, ne cives isti, ad quavis ten-  
tanda prompti vel extraditione nuper Lati Decreti  
aliave ratione occasionem aliquam arriperant magi-  
stratui suo legitimo porro insultandi, variisque pra-  
iudicijs iura publica turbandi. Quod singularis gra-  
tia et benignitatis munus civitati isti eiusque incolis  
a Reverend<sup>ma</sup> Illustrat<sup>re</sup> Vra praestitum, uti con-  
venienti honoris et observantiae cultu prosequi-  
mur, ita promptissimis servitijs, occasione lata  
promereri studebimus. Deum orantes, ut Reverend<sup>ma</sup>  
Illustratam Vram bene valentem omnique prospe-  
ritate abundantem quam diutissime servare  
velit. Datum Gedan die 3 Mensis Maij  
Anno 1652.

Reverendissima Illustrat<sup>re</sup> Vra

ad officia paratis sumus

Præfules et Consules  
Civitatis Gedanensis.

5 May



Illustrissimo et Reverendissimo  
Domino, Dno Andrea de Leszno  
Leszczynski Episcopo Culmensi et  
Pomesania Supremo Regni Po-  
lonia Cancellario, Dno gratiosis-  
simo.